



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

bet cognosci corā iudicibus iudaicis, quia ipsi nō possunt esse iudices, nec iurisdictionem habere, ut supra dixi, & habetur in c. omnia. r. 2. distinct. & c. constituit. 17. q. 4. Sed bene ipsi inter iudeos possunt esse arbitri, & rext. in d. l. iudaei dicit, q̄ iure publico non uentur iudei sortiri arbitros pactione, & consensu partium. Non obstat septimum argumentum de matrimonio contrahentis, quia respondetur, q̄ quoad matrimonium, & sic quoad spiritualia seruantur leges eorū. d. c. de infidelibus. de iis enim quae foris sunt, nihil ad nos d. c. gaudemus. nā licet quoad temporalia teneantur uiuere iure communi Romano, tamen quoad spiritualia, ut quoad matrimonia, lex mosaica inter eos seruari debet, & in hoc differunt spiritualia à temporalibus ut in d. c. & habetur ibi per doct. & ita dicunt serben. communiter, qui hunc articulum tractāt, an iudei teneantur uiuere lege communi Romanorum, an uero lege Moisaica, ut per Fel. & alios. in d. c. i. de constitut. in 10. seu 12. col. & in c. iudaei. il. 2. de iudaeis. per Hostien. in summa in tit. de iudaeis. §. in quibus. p. Ioan. de Imol. in c. fi. de consuetud. & per Alex. in consil. 13. in penul. colum. vol. 7. Vel secundum dici potest, q̄ quoad matrimonia lex Moisaica inter eos seruari debet, quia in hoc fuit expressè approbata per legem canonicam. vt in d. c. de infidelibus. & in d. c. gaudemus. non autē lex Romana, de qua in l. nemo. C. de iudaeis. Non obstat vltimum fundamentum. d. l. fratres. G. de inoffic. testamen. cum aliis supra allegatis, quia respondetur, q̄ text quo ille, qui uult contra testamentū uenire, & illud ratione turpitudinis istituti impugnare, est in eadem turpitudine constitutus, eademq; infamia cum instituto laborat, quoniam ambo sunt fratres, & ambo iudaei fratres testatoris, sit inter eos compensatio, & non potest testamentum impugnari ratione turpitudinis ipsius Vitalis instituti, ut uoluit gl. in d. l. fratres. in uer. infamiae per text. in l. in arenam. C. eod. tit. Et haec quoad praesentem consultationem sufficiant. Laus Deo.

S V M M A E.

1. Compromisso factō in aliquos tanquam in arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores cum potestate procedendi in cognoscendo de iure, & de facto, & iuris ordine non seruato, in decidendo uero, & pronuntiando de iure tantum, ipsi de iure tātum, & eo modo, quo iudices sententiam, laudum ferre tenentur, alios laudum esse nullum.
2. Et maxime, si compromissum in duos legum peritos factum esset nullum.
3. Verba in dubio semper intelligi debent secundum qualitatem personarum, ad quas fuerunt relata.
4. Et magis, quam secundum qualitatem personarum proferentis.

E P I T O M E.

Compromisso factō in duos iuris peritos tāquam in arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores cum potestate procedendi in cognoscendo de iure, & de facto, & iuris ordine non seruato, in decidendo uero, & pronuntiando de iure tantum, nō possunt arbitri nisi sola facti ueritate inspecta, & de aequitate laudare, sed laudum de iure ferre tenentur.

C O N S I L I U M XXIX.



Tante compromisso factō in duos eximios iureconsultos tāquam in arbitros, & in arbitratōres, & amicabiles compositores, & ut in cognoscendo possint procedere de iure, & de facto, & iuris ordine non seruato, in decidendo uero, & pronuntiando de iure tantum, An possint sola facti ueritate inspecta, & de aequitate laudare, an uero de iure tātum, & secundum quod ius, & iustitia exigunt, ultra alia, quae excellentissimi aduocati domini Ioānis deduxerūt, omīssis doctorū quotis, quae allegari hinc inde possent, requisitus de simplici subscriptione, uenio in sententiam Bart. in l. diē proferre. §. stari. ff. de arbit. q̄ dicti arbitri de iure tātum laudum suum proferre teneantur, nā in casu occurrenti factum uidetur cōpromissum in eos tāquam in arbitratōres quoad modum procedendi, sed tāquā in arbitros quoad modum pronuntiandi, & laudādi, ad tradita per eundem Bar. in l. si societate. §. arbitrorum. ff. pro socio. igitur laudare, & diffinire debēt tanquam arbitri, qui de iure, & eo modo, quo iudices sententiam, laudum ferre tenentur, arg. l. i. ff. de arbit. cū aliis. Et ideo aliter laudādo laudum dicitur nullum, & inualidum tanquam contra formā cōpromissi latum, ut not. uoluit Anto. de Butr. in c. quinquauallis. eolum. 5. extra de iureiuran. & hoc seruat cōsuetudo, ut attestantur Barto. & Anto. in locis praallegatis. & refert Alex. in d. l. si societate. §. arbitrorum. in appostilla magna ad Bart. quibus de consuetudine credendum est ad ea, quae dicit Barto. in l. de quibus. ff. de legibus. Et propterea ab huiusmodi consuetudine non est recedendum, sed secundum illam iudicandum. c. consuetudo. 1. dist. Nec obstat id, quod inquit Anto. in c. ex insinuatione. col. 2. de rescrip. sup. cuius dictis multum insisit Alex. in d. §. arbitrorum. quia Ant. ibi loquitur in casu diuerso, hoc est, quādo simpliciter fuit cōpromissum in aliquem, ut procedat, & determinet de iure, at casus noster est, quādo compromissum fuit ut in arbitri, & arbitratores, & amicabilem compositorem quoad procedendum, sed quoad decidendū de iure tantum, nam tunc secundum ipsum domi. Anton. in d. c. quinquauallis. & Bart. in d. §. stari. debet arbitrari de iure tantum, prout cōuentum fuit. Et ideo fortè etiam dici posset, q̄ illud, quod domi. Anto. incidenter inquit in d. c. ex insinuatione. eolum. 2. de iure non subsistat per ea, quae plenè, & principaliter ex opposito uoluit idem Anto. in d. c. quinquauallis. col. 5. & hoc nobis in casu nostro facilius suaderi potest ex eo, quod compromissum factum fuit in duos legum doctores tanquā in uiros excellentissimos, quales eos re uera esse cognouit, quibus ob magnam illorum doctrinam turpe esset aliter iudicare, quam de iure, etiam si uerba compromissi illos ad sic iudicandum non arctarent, arg. l. 2. §. seruius autē sulpitius. ff. de origine iuris. Cum igitur illa uerba compromissi in decidendo, & pronuntiando de iure tantum ad arbitros electos relata fuerint, debent de iuris rigore, seu de iure communi, & secundum qualitatem iurum personarū intelligi, quamuis in aliis personis aliud importare, & aliter stare possent, nā uerba in dubio semper debent intelligi secundum qualitatem personarum, ad quas relata fuerunt. l. plenum. §. aequitii. ff. de usu, & habit. Pau. de Casir. in l. si quis. §. irritum. ff. de iniur. rup. testa. Alex. post Bar. in l. cennario. nu. 76. ff. de unilg. & pupil. Imo in c. Raynutius. in materia substitutionis cōpendiosa, & ego ibi dixi, de testam. & plenè habetur per Iason. in l. stipulatio ista. §. hi, qui. ff. de uerb. obligat. ubi multis modis explicat, & ad plura infert c. iolite. demaio. obediē. optimus textus. in c. requisiti. de testam. & in c. si pater de testam. in 6. ubi uerba magis personis, ad quas referuntur, quam rebus conuenire debent. Et quāuis uerba soleant intelligi secundum qualitatem personae proferentis ad tradita per Decium. in l. unica. C. quando nō petent. part. tamè magis intelliguntur secundum qualitatem personae, ad quam referuntur, ut habetur per Alex. in l. si cōstante. ff. soluto matrimonio, qui dixit uerba debere intelligi secundum subiectum, & praedictum, quae uerba hoc idè importāt. Et ad propositū nobis optimè inferuit illud, quod notab. ponit Bald.

in l. 2. quæst. 15. C. de seruitu. & aqua, iniquis, q̄ ex qualitate personæ, ad quam uerba referuntur, in dubio præsumitur, qualiter quis fuerit ex gratia uocatus, seu admittus, hoc est contra, uel præterius, an uerò de iure communi, ut uoluit Inno. quem allegat, & l. 1. C. si quis imper. maled. nam facta, dictaque ex personis p̄fanda sunt. l. qui iure. ff. de acquir. poss. c. cum aliis ibi per Bald. allegatis. Sed posito, & non concessio, q̄ esse in dubio, an illa uerba compromissi, in decidendo, & pronunciando de iure tantum, importent de iure communi, uel secundum quod arbitris uideretur, tamen ex quo ea fuerunt relata ad iuris, seu legum peritissimum, qui semper de iure consueti fuerit respondere, debent omnino intelligi, q̄ ipsi debeant iudicare secundum regulas iuris, & prout iudices facere tenentur ad l. nemo. C. de sentent. Et ex his in sententiam aliorum aduocatorum domini Ioannis ultra ea, quæ ab ipsis doctissimè dicta fuerunt, uenio, illamque approbo, & confirmo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Sententia, siue laudum ex defectu postatis non ualens ut laudum, propter consensum, & ratificationem partium ualeat, ut pactum, si uel traditio, uel stipulatio interuenit, & nu. 17.
- 2 Et tanto magis si ratificatio duplex fuit. Quod tamen limitatur, nu. 20. & 30.
- 3 Pactum de uniuersali successione, seu de omnibus bonis presentibus, & futuris non potest fieri, sed de aliquibus rebus, uel bonis particularibus, seu de bonis omnibus presentibus ualeat, & nu. 7. & 27. ubi id declarat.
- 4 Promissio, seu donatio omnium bonorum post mortem promittentis, uel donantis facta ualeat, & de presentibus intelligitur, & de ea falcidia detrahi potest, & nu. 8. & 27. ubi hoc distinguendo declarat.
- 5 Idè de donatione, seu promissione hereditatis suæ post mortem collata, de qua potest trebellianica detrahi, & nu. 9. 10. & 27. Hereditas etiam per donationem causa mortis in totum, uel pro parte saltem per obliquum, & fideicommissum relinquere potest, & nu. 10. 11. & 27.
- 6 Iudex, & arbiter incidenter de aliqua causa, seu de non contento in compromisso possunt cognoscere, licet principaliter nõ possint. Et quando hoc sit uerum, nu. 31.
- 7 Promissio, uel donatio de omnibus bonis presentibus, & futuris post mortem facta ualeat, nec testandi facultatem aufert, & nu. me. 27. ubi id declarat.
- 8 Donatio causa mortis de parte hereditatis, ac etiam de tota hereditate ualeat, sed non donatio inter uiuos.
- 9 De donatione causa mortis potest trebellianica, siue falcidia detrahi, & nu. 27.
- 10 Pactum reciproce factum de succedendo inuicem in certis bonis, seu in dimidia bonorum quod ualeat, multi tenuerunt. Contra, nu. 33. Et quomodo hoc uerum sit, nu. 27. & 34.
- 11 Pactum de futura successione est contra bonos mores, & iuramento non firmatur, sed consensu illorum, de quorum successione agitur.
- 12 Conuentio, siue dispositio facta de succedendo alicui certo modo nõ ualeat, siue facta sit de omnibus bonis, siue de presentibus, & futuris, siue de tota hereditate, siue de quarta, siue de aliquis bonis certis, siue de presentibus tantum, & quare, nu. 32.
- 13 De alienis rebus posse disponere turpitudinem continere censetur.
- 14 Laudum factum ab arbitrio extra contenta in compromisso ipso iure non ualeat, & quoad ea ratificari non potest.
- 15 Et ratificatio facta nihil operatur, & nu. 20.
- 16 Et an, & quando ualeat, ut pactum.
- 17 Dispositio, seu conuentio facta de bonis alienis per modum successione confirmatur consensu illius, de cuius bonis agitur, sed ille consensus est renouabilis, & nu. 25.
- 18 Compromissum factum in amicabiles compositores dicitur species transactionis.
- 19 Laudum extra contenta in compromisso latum super certo modo succedendi inter compromittentes non ualeat etiam simpliciter, & generaliter ratificatum, & emologatum.

- Quid si esset adiecta clausula, quod super omnibus laudatis esset retur factum compromissum, nu. 23.
- 21 Nullitas laudi ex defectu potestatis arbitrorum proueniens non comprehenditur sub statuto, nec sub conuentione compromissi prohibente dici de nullitate laudi.
 - 22 Testandi facultas libera etiam quoad unam, seu plures res particulares auferrè non potest, quamuis hoc uellet ille, ad quem testandi facultas spectare.
 - 23 Verba generalia, seu clausula generales solum ad honesta, & permissa, & non ad ea, ex quibus absurdum, & inconueniens aliquid resuleat, referri debent.
 - 24 Pacto de successione uniuersali, uel particulari ille, de cuius successione agitur, potest quidem consentire, sed non ipse principaliter super ea pacisci, & conuenire.
 - 25 Dispositio, seu conuentio de futura successione reciproca, uel simplex quando ualeat, & quando non, usque ad nu. 30. & nu. 31.
 - 26 Successio per quæ uerba denotetur.
 - 27 Iason in consi. 173. lib. 4. declarat.
 - 28 Pactum de futura successione factum in consequentiam necessarii alterius contractus ualidum ualeat.
 - 29 Laudum quando in consequentiam, & incidenter super successione ferri possit.
 - 30 L. si. C. de pact. locum habet etiam in pacto facto de rebus particularibus, notabilis tamen quantitas.

E P I T O M E.

Laudo super diuisione bonorum inter aliquos faciendum latum, si etiam super modo inter eisdem succedendi extra contenta in compromisso latum fuerit, quoad modum succedendi non ualeat nec ut laudum, nec ut pactum, quamuis sit generaliter ratificatum, & emologatum, ac bona iuxta tenorem laudi diuisa, & tradita fuerint, immò etiam si id in compromisso contineretur, non ualere quoad successorem demonstratur, quando per uerba successorem demontantia factum esset.

C A S V S C O N S I L I

ACTVM fuit compromissum per uerba generalia super litibus, causis, questionibus, & differentijs inter Nicolaam, & Zannetium fratres uertentibus, & quæ in futurum uerti possent, & in præteritum uerba fuerunt occasione diuisionis seu de super bonis omnibus mobilibus, & immobilibus dictorum fratrum omnibus melioribus medijs, & forma, quibus potuerunt in spectabilem uerum constantinum cum potestate laudandi, componendi, & terminandi de iure, & de facto in ampla forma. Quibus inter dictos fratres diuisione bonorum, prout in laudo, adiecit hæc uerba. Et tunc quello, che de beni sopra scritti si trouerà doppo la morte del detto Zannetto, sia di Nicoclo suo fratello, & delli suoi fratelli delli suoi heredi, et il simile sia della parte di Niccoloso che lui morisse senz' a figliuoli, sia del detto Zannetto et quello, perche il detto Zannetto ha piu auantaggio nella sua parte, s'intenda, quando Zannetto non habbia figliuoli legitimi, et naturali de legitimo matrimonio et legitimi, ut in laudo continetur. Quod laudum factum inter dictos fratres simpliciter, et generaliter, et omnimodum dicti fratres prius narratis litibus, et differentijs inter ipsos super diuisione suorum bonorum communi, et super alijs uerbis, et narrato compromisso prædicto, etiam narrato, quod laudatum fuerit super omnibus bonis, et differentijs, et maximè super diuisione inter ipsos fratres fienda, quia parum esset ferre sententias, et arbitria executioni mandarentur, idcirco uolentes obferre

ware dicta re, uenerunt quibus per clausula ad diuisionem prout in senis nonis contempora di que herede di stipulatio legitime redit aritoru presati Nicofais super bonorum fau legum, a qnis ad hoc capialiter du si de iure p huius herede legati, an Zannetti.

C

hac diuisione finitile excellenti ero contenta prima facie cum Niccoloso I re debere de fuit per ipse betum pa pper dupli subiequitur secundo di do, pro ex facta, nisi illa parte, nauat, non esset latum co, qui non di, iuxta l. arbit. cum prodatum assignatio do, & diu non ut lau quod inter ibi no. in l. procedit fuisset, na lo iure no chum pro requiritur & sic pactu fuerit, ut de confir probatur